QUÆSTIO IN PHILOSOPHIA

DISCUTIENDA, SUB *CAROLO CHAUNCÆO*,
S. S. THEOL: BAC: PRÆSIDE COL: HARVARD:
CANTAB: *NOV-ANGL:* IN COMITIIS,
PER INCEPTOREM IN ARTIBUS,
DECIMO DIE SEXTILIS
M. DC. LVIII.

AN *Voluntas ſemper ſequatur ultimum dictamen intellectus practici?*
Negat Gerſhom Bulklæus.

Concilij quoties princeps dictamina ſpernit,
Et meliora videns deteriora facit?

Angelici cauſam lapſus quis dixerit eſſe
Dictamen mentis? quippe ſalubre fuit.

Vel cauſam lapſus mihi quis narrabit Adami?
Namque intellectus non fuit error ei.

Nullus Dæmon *erat qui non fuit ante* Νεανίαν;
Nec ſine peccato mentibus error ineſt.

Impulit in vitium ergò imperioſa voluntas,
Quod benè mens dictat, Non, *ait illa,* Placet.

Stat contrà Ratio: Stat pro ratione Voluntas,
Noluntas *potiùs nonne vocanda tibi?*

Ergò,

Non mentis ſemper ſequitur dictata voluntas,
Sed tum Medeam, *non ſapit illa* Deum.